



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXVI. Das Hochstift Verden bestätigt dem Kloster Diesdorf den Besitz des von den von Crucemann gekauften Zehntens in Ellenberg, i. J. 1291.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XXVI. Das Hochstift Verden bestätigt dem Kloster Diesdorf den Besitz des von den von Crucemann gekauften Zehntens in Ellenberg, i. J. 1291.

Conradus, dei gracia verdenfis ecclesie episcopus, Henricus, decanus totumque capitulum eiusdem ecclesie — omnem hominem volumus non latere, quod ecclesie beate virginis marie in distorp super decimam in Ellenberge integraliter et vnanimiter contulimus proprietatem, pro qua (sic) Henricus prepositus et prouisor sanctimonialium illic domino famulantium comparauit a domino Erico milite suoque fratre ac veris heredibus dictis cruceman pro ducentis Marcis puri argenti, Quod factum, ut stabile maneat et ratum, et ne quis successorum nostrorum per iniustam possit infringere uiolentiam litterarum traditionem cum nostrorum sigillorum appensione fecimus roborari. Datum verde, Anno domini M^o. CC^o. LXXXX^o. I^o.

XXVII. Der Edle Gottschalk von Elsen resignirt dem Stift Verden die von demselben zu Lehen gehende Zehntgerechtigkeit in Ellenberg zu Gunsten des Klosters Diesdorf, i. J. 1291.

Gotfcalcus, vir nobilis dictus de Elsen, vniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in virginis filio crucifixo, Magnis incommodis et Multis occurrimus, dum Etatis nostre negotia stili officio perennamus. Noscant igitur tam posteri quam presentes, quod nos cum Rathabitione et consensu omnium heredum nostrorum decimam in Elberche, quam ab Episcopo et Ecclesia verdenfi iure pheodali tenuimus, Eidem Episcopo et Ecclesie ad Manus Cenobii distorpe libere resignauimus et sincere. Nec quicquam iuris circa predictam decimam repetendam nobis ammodo poterimus vindicare. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri Mumimine duximus Roborandam. Datum peyne, anno Domini M^o. CC^o. LXXXXI^o.

XXVIII. Der Rath zu Lüneburg befundet, daß Ulrich von der Mühle dem Kloster Diesdorf für die Aufnahme seiner Tochter eine Salzhebung aus der Saline in Lüneburg übereignet habe, am 14. März 1292.

Nos thidericus de monte ad(u)ocatus in Lunenburg, christanus miles, verdewardus, thidericus zabel, herderus, iohannes raplat, andreas, nicolaus de molendino, thidericus volemar, iohannes dicke, Otto herwici, iohannes helmoldi, hartwicus volcmari, eiusdem consules ciuitatis, tenore presentium recognoscimus publice prote-